



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**


**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum Omnium Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

THESIS XIX. *Confessus bonam Confessio*  
*Confessionem.* 1. Tim. 6. v. 12. Ju-  
das interpretatur Confessio. Sicut  
ergo duo Judæ Thaddæus, & Iscario-  
tes, sic bona, & mala Confessio datur.  
Non vacat Mysterio, inquit S. Pasca-  
sius in cap. 11. Lucæ. Ut in uno da-  
retur norma bene Confitentium, & in  
altero malè Confitentium.



## FESTUM OMNIUM SANCTO- RUM.

THESIS I. *Beati.* Matth. 5. v. *Gaudium*  
3. *Beatitudo Sanctorum in Cæli.*  
Cælo consistit. I. In *Unione.* II. In  
*Visione.* III. In *Dilectione.* *Vivien in*  
*Tertull. Prædic.*

THESIS II. *Beati.* Matth. 5. v. 3.  
In cælo omnia *Summa sunt, Vera sunt,*  
*Æterna sunt,* inquit S. Aug. in Pl. 49.  
Scilicet; I. *Summa in perfectione.* II.

K 4      Ve

Vera in æstimatione, III. Æterna in  
duratione, *Id.*

*Ecclesia  
trium-  
phans.*

THESIS III. *Gaudete, & exultate.*  
Matth. 5. v. 12. *Confidere debent*  
*peccatores in Auxilio Ecclesiæ Trium-*  
*phantis, ubi habent I. Mediatorem*  
*benignissimum Patrocinantem. II.*  
*Matrem benignissimam Auxilianrem.*  
*III. Cœrum Fidelium Orantem. Ve-*  
*rien in Tertull, verbo Spes.*

*Imitatio  
Sanctorum.*

THESIS IV. *Ut nosmetipfos formam*  
*daremus vobis ad imitandum nos. 2. The-*  
*sal. 3. v. 9. Sancti per imitationem*  
*in nobis reviviscunt. I. Generantur e-*  
*nim, cum moribus concipiuntur. II.*  
*Grandescunt, cum similitudo perfe-*  
*rat. III. Moriuntur etiam, cum simi-*  
*litudo destruitur.*

*Victoria  
Sanctorum.*

THESIS V. *Vicerunt Regna, ope-*  
*rati sunt Iustitiam, adepti sunt repromis-*  
*siones. Hebr. 11. v. 33. Ecclesia re-*  
*præsentat hodie I. Illorum Pugnam*  
*in hac vita, ut nobis exprobet nostram*  
*Desidiam. II. Illorum Victoriam in*  
*Morte, ut in nobis animum excitet.*  
*III. Illorum Triumphum in cœlo, ut ad*  
*imitationem incitet.*

THE.

THESIS VI. *Beati, qui persecu- Cœlum  
tionem patiuntur. Matth. 5. v. 10. I. confortans  
Tribulationes hujus temporis exacue- Sanctos.*  
runt in Sanctis desiderium cœlestis Pa-  
trix. II. Spes cœlestium gaudiorum  
animos addidit ipsis perferendi hæc  
miserias & persecutiones. Bretteville.

THESIS VII. *Voluntas Dei San- Sanctitas  
ctificatio vestra. 1. Theff. 4. v. 3. Triplex.*  
esse genera Sanctitatis, dicebat Philo-  
Judæus, unam terræ, cœli alteram, ter-  
tiam Dei. I. Illa *Terræ* Judaica est,  
quæ hæret tantum in exterioribus, &  
ad pompam & oculos omnia facit. II.  
Ista *Cœli* Philosophica est seu Moralis,  
quæ interior quidem est, sed ibi hæret  
scilicet in honesti amore, in rationis  
ductu, ad Deum non ascendit. III.  
Hæc *Dei* Christiana est, quam S. Tho-  
mas 2. 2. q. 81. a. 8. describit: *Sancti-  
tas dicitur, per quam mens hominis seip-  
sam, & actus suos applicat Deo. Vide  
Fullonium Commentar. ad 2. Machab. I.  
Sect. 5. ad finem.*

THESIS VIII. *Sanctificatio ve- Sanctus in  
stra. 1. Theff. 4. v. 3. Sanctus vel omnibus.*  
abique, vel nullis; Sicut enim, qui in u-  
K 5 NO

terna in  
culat  
deben  
Trium-  
arorem  
a. II.  
anrem  
o. V.  
formam  
The  
ionem  
mutat  
r. II.  
erleve-  
n lumie  
a, oppo-  
romi-  
sa re-  
gnam  
ltram  
in  
cciret.  
ut ad  
THE.

no. offendit, est omnium reus, & Legem dicitur esse transgressus; sic qui in uno Legis jota deficit, Legem non implevit, certè perfectè non observavit, neque est Perfectus, hoc est: Sanctus.

salutatio  
varia.

THESIS IX. *Salutant vos omnes Sancti.* 2. Cor. 13. v. 12. Quid interfit inter Salutationem factam ab Hominibus, Sanctis, & à Deo, rogas dicam: I. Homo salutando bene optat, estque salutatio hominis merum votum. II. Sanctus salutando bene precatur; estque Sancti salutatio simul oratio. III. Deus salutando benefacit, estque ejus salutatio ipsius salutis imperitio, seu communicatio.

Sanctorum  
Societas.

THESIS X. *Sanctorum Communio- nem.* Symb. Apost. Et si in caelo non esset Beatitudo essentialis, neque accidentales pleræque, sola Sanctorum societas sufficeret, ut quidquid in hoc mundo voluptatis est, contemneremus: quàm enim delectat I. Societas Nobilium. II. Societas Doctorum. III. Societas Suavium. IV. Societas Sincerorum &c. Fullon. in lib. Ma- ehab. in Indice Concionat. fol. 93. col. 1.

THE-

THESIS XI. *Deus in Sanctis suis.* *Quantum a-*  
Pl. 67. v. 36. I. Est *Mirabilis*, osten- *puer Deti.*  
dendo in illis *Potentiam* suam. II.  
Est *Amabilis*, communicando illis de  
*Perfectionibus* suis. III. Est *Placabi-*  
*lis*, exaudiendo *Preces* eorum.

THESIS XII. *Beati.* Matth. *Status Ecclē*  
5. v. 3. Isti enim sunt tres *Status Ecclē*  
clesiæ. I. *Status* videlicet *Penitentia*.  
II. *Iustitia*. III. Et *Gloria*; in pri-  
mo liberat, in secundo *conservat*, in  
tertio coronat *Deus*. S. *Aug. serm.*  
55. de *Obitu Valentini Episcopi*.

THESIS XIII. *Pretiosa in conspe-* *Mors Sana*  
*ctu Domini* *Mors Sanctorum*. Pl. 115. v. *Sanctorum*  
15. Tria sunt, quæ *mortem* Sancto-  
rum faciunt *pretiosam*: I. *Quies* à la-  
bore. II. *Gaudium* de *Novitate*. III.  
*Securitas* de *æternitate*. S. *Bern. serm.*  
25. *inter parvos*.

THESIS XIV. *Honorabilis uni-* *Cultus*  
*versæ plebi*. Act. 5. v. 34. I. *Debe-* *Sanctorum*  
*mus honorare Sanctos*, qui sunt *in Cæ-*  
*lo*, eos *invocando*. II. *Debemus ho-*  
*norare Sanctos*, qui sunt *in Purgatorio*,  
*illis succurrendo*. III. *Debemus ho-*  
no  
no

norare Sanctos, qui sunt in Terra, et  
frequentando. *Diction. Apost.*

*Merita  
Sanctorū.*

THESIS XV. *Ipsorum est Regnum  
caelorum. Matth. 5. v. 3.* I. Sancti  
promeriti sunt suam *Gloriam* bene  
tendo honore & contempnu in hac vi-  
ta. II. Sancti promeriti sunt *Belicitatem*  
suam sorte prosperâ, & adversâ bene  
tendo. III. Sancti promeriti sunt  
suam *Franquillitatem* labore ac quiete  
in hoc mundo bene utendo. *ibid.*

*Sacra Re-  
liquia.*

THESIS XVI. *Custodit Dominus  
Ossa eorum, unum ex his non conteret.*  
*Pi. 33. v. 21.* Tulit quoque Moyses  
Ossa Joseph secum, ed quod adjurâ-  
filios Israël dicens; Efferte ossa mea  
hinc vobiscum. Passuri erant mala-  
ided opus habebant Medicinâ; tanta  
enim Sanctorum ossibus inest Virtus, ut  
debito honore culta I. Iratum Deum  
placent. II. Mala propulsent. III.  
Bona impetrent. *S. Ambros. serm. 77.*



COM